



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 7. Filii impii in parentes. Poenæ talium Filiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Non aliter dicti Scipiones; nisi quod Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, scipio cognominatus, nomen ex cognomine posteris dedit. Macrobius Saturnal. l. 1. c. 6.

## §. VI.

## Filiis obedientia.

**V**idit scalam, &c. Gen. 28. 12. S. Chry-  
sost. hom. 54. in Gen. considera, obsecro,  
eximiam curam misericordiae Dei: quia enim  
juxta consilium matris, propter timorem fratris  
suscepturum peregrinationem; & quasi erronem  
quendam viam facere; & solum, atque ab aliis  
abstractum, nullamque habentem consolationem  
ullo ex loco; sed totum in supremum auxilium  
projectum; statim in ipso initio volens confir-  
mare alacritatem ejus, apparet, & dicit: *ego sum  
Dominus DEus Abraham.* Statim initio ite-  
neris languenti Jacob DEus auxilium fert: quia  
his, qui parentes colunt, mox DEus adest; nec  
eorum vota differt. Pinna Ethol. 36.

**E**t vidit puteum in agro, tres quoque gre-  
ges ovium. Gen. 29. 2. En quod recreetur thea-  
tro post saxum initiatum. Dormiens caelo, hic  
puteo excipitur. Ibi videt discurrentes Angelos,  
hic accubantes oves. Quid fideribus, & pecori-  
bus? unde tanta dormientis, & consecrantis,  
diversitas coronarum? Nimirum patri obedierat  
Jacob, cum peregrinantem à domo sua caelo  
DEus, & promissis excepit. Gen. 28. 1. *Voca-  
vit itaque Isaac Jacob. praecepitque ei. DEO  
fuit obsecutus, cum erecto in titulum saxo, gre-  
gis, puteique spectaculo luditur. Similiter obedi-  
entia ejus in matrem praemiata. Gen. 27. 8. Fili-  
mi, acquiesce consiliis meis.* Obedivit matri  
simpliciter obedientiam, patinam intulit, calicem por-  
rexit; moxque laudatus à patre, praelatus fratri.  
Ergo, quod Abraham Gen. 22. 10. impetravit,  
stricto in unigenitum ferro; hoc Jacob in se tra-  
duxit structa patri mensa. Servatorem ille Sacri-  
ficio, hic patinam demeruit. Obsecutus nimirum  
Abraham est voci Domini, Jacob matris consiliis  
acquievit. Oliva l. 2. Strom. §. filiae Jerusalem  
nolite flere super me.

**C**ui illa respondit - Judic. 11. 36. Mirare  
in hac filia obedientiam, religionem, & amorem  
patriae, quibus se morti generose offert. Potu-  
isset patri replicare: ego non vovi me DEO im-  
molare; nec tu, o Pater, es vitae meae Dominus,  
ut me in vitam devovere, & occidere, possis.  
Nolo adolescentula, & illiberis, mori. Sed no-  
luit &c. timebat enim; ne, si mortem recusaret,  
poena violati voti in patrem, & patinam, redunda-  
ret. Cornelius hic.

## §. VII.

## Filiis impiis in parentes.

**I**saac interrogatus in Gerara, Gen. 20. 2. quae  
ea mulier? quam circumducebat, respondit:  
*Soror mea est.* Idem pater ejus Abraham  
Gen. 12. 13. De filiis nostri temporis illud dici  
potest Didaci Nissenii Polit. eccl. p. 1. l. 7. c. 6.  
Tollunt, commutant, abradunt, aut certe emen-  
dant, aedificia, hortos peniles, totum etiam re-  
gendae familiae ordinem; ac omnem statum pater-

nae domus exterminant; ut se patribus sapientio-  
res esse ostendant; & quasi pudeat, aliorum, vel  
parentum vestigiis insistere.

**Absq; liberis me esse fecistis.** Gen. 42.  
36. Sed licet pereat Benjamin, nunquid decem  
tibi supersunt filii? viderat Jacob decem filios  
filios vitios irretitos, avaritiam, invidiam, &c. Et  
quid si sciret patricidium Joseph? Quia ergo pa-  
ternarum virtutum vidit expertes, degeneres pa-  
travit, quasi non essent sui. Orbatus Joseph, &  
Benjamin, sine liberis se judicat, licet tot liberis  
sit circumdatus: cum illi duo paternas imitari-  
entur virtutes, secus alii decem. De Castilio  
llat. 6.

**Servate mihi puerum Absolon.** 2. Reg.  
18. 5. Infelices filii inobedientes; nomen filii  
amittunt. Non filium vocat, sed puerum. S.  
Ambrosius in Pl. 118. quae ratione ante puerum  
dixit, postea filium nominavit. 2. Reg. 18. 33.  
*Absolon fili mi!* cur non in utroque aut puerum  
dixit, aut filium? Verè puer erat, qui patricidio  
perebat patrem. Non ergo pietatis nomen ac-  
cipere debet, sed infirmitatis. Ubi vero  
mortuus est, apud pium patrem personae crimen  
defecit, natura remansit. q. d. quia nec  
crimen purgavit, filium vocat. Pinna Ethol.  
39.

**Pater, da mihi portionem substantiae,  
qua me contingit.** Luc. 15. 12. Et cur filius  
paternam domum spernit? ipsa vita paren-  
tis. Sic cupiditate hereditatis astat, ut pa-  
tris vitam torqueatur. S. Chrysostomus l. 1. haeres  
impatiens patris fatigatur ad vitam. Avara aui,  
aut dignitatis, cupiditas de parentum funere gau-  
det. Naxera in Job. 2. §. 39.

Vidi ego juxta Gravelinas rivulum, imò  
lacunam, in quam infelicem feniculum, vene-  
ficii infimulatum, filius, filia, & gener, con-  
jecerant; magilstratus studia, ac familiae suae de-  
decus, pravertere moliti. Erquia vix aqua in  
ea scrobe factis erat, ut vel pronum hominem  
praeferant, rastellò miselli caput in aquam  
immersum opprèssere. Et huc ter miserimus  
parens adactus, cum eluctaretur; ad filiam,  
quam prae ceteris liberis dilexerat, conversus  
flebilis ejulatu: tunc, inquit, filia etiam mihi  
parenti tuo immerenti mortem adferes? at  
illa tygris Medaë ferocior: sine; pater,  
sine; mox tecum actum erit; & carnificinam,  
parricidiumque peregit. Doultremon l. 2. c. 5.  
iect. 3.

## Poena impiorum filiorum.

**Et comportaverunt super eum acervum  
lapidum magnum nimis.** 2. Reg. 18. 17.  
Christianus Adrichomius de hoc Absolonis ex-  
temporalis tumulo: hodieque, ait, ibi turris, &  
magnus acervus lapidum, est; qui quotidie auge-  
tur. Nam peregrinorum quisque solet lapidem  
illuc projicere cum imprecatione: maledictus sit  
parricida Absolon; & quicumque suos parentes  
impie persequuntur, maledicti sint in aeter-  
num. Ipsi Turcae, & Barbari, cum execra-  
tione lapides eo jaciunt. Drexel. David c. 28.  
§. 2.

Qui

Qui maledicit patri suo &c. Vide hic §. I. sub initium.

Quidam in pago contra matrem suam pro dividenda segete iurgabatur: cumque sibi majores fecerneret manipulos, illa fraudis impatiens, filium, ne DEUM irretaret, sedulo commonebat. Ille in furias actus crinibus apprehensam prostermit. Sinistrò oculo sequenti nocte privatus, brachium antè, & retrò, inquietissimè vi oculatà agitans, amens denique efficitur. Mater tertìa die mortua præ dolore. Carceri ille in triennium mancipatus. Ad sepulchrum tandem S. Frodoberti, prius multis sacris locis visitatis, quietem brachii, & sensus capitisque integritatem, accepit. Bolland. 8. Jan.

Narratur de filio, falsis testimoniis convictum, & innocentem condemnatum. In loco supplicii protestatus, se non reum sceleris impositi; moriturum tamen iuste: quia meminisset, ait, in hoc loco semel graviter offendisse matrem; quæ facta impatiens mihi imprecata: faxit DEUS! & hunc precor, ut eò ipsò locò te suspensum videam, ubi in matrem impius esse non timuisti. Non sum mihi conficius alterius sceleris. Paolleti D. infra Oct. Nat. Dom. Vide aliud terribile exemplum apud Stengelium t. 2. divin. Judic. c. 53.

Vide plura tit. Poena Talionis.

§. VIII.

Quomodo filii malè immolentur.

**C**ain de fructibus terræ. Gen. 4. 3. Abest hæc vox: sacrum pingue dabo; non macrum sacrificabo. Cain ex adverso: sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrum. Cum Cain offerunt, qui proles stupidas, turpes, mancas, dant religioni; pulchras & ingeniosas, conjugio. Cornelius hic.

Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem &c. Gen. 24. 57. Hinc intellige, quantum errent illi, qui per vim filias suas in uxores tradunt iis, quos ipsæ nollent. Vel qui eas monasteriis includunt, ut religiosæ sint; quamvis repugnent. Diez Conc. 2. de Incarnat. Dom.

*Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis* Joan. 2. 16. Et tamen hic ad Sacrificii majestatem, oves, & boves, vendebantur. Nos verò filias, & filias, in templum ducimus; non ut hostiæ sint Numinis, sed gazophylacii hirundines. Velatur filia, non ut Domino psallat; sed ne domi perstrepat; nuptiis exclusa, non liliis immissa. Liberi aris admoventur, non ut altari serviant. 1. Cor. 9. 13. sed ut de altari vivant. Hinc dolemus, non Levitas institui; sed suos interdum adipari: à quibus luxuriæ cœnò in haras aræ convertuntur. Multi pudicitia votò authorantur; & nesci; & plerumque nuptiis aptiores, quam cœlibatui. Clero filium devotes? Annam imitare; quæ Samuel Domino obtulit: non ut e tabernaculo annam, domum, deliciasque, referret; sed ut puer Domino ministraret. Oliva f. 3.

D. 1. Quadr.

Polyamb. Sacr. Tom. I.

§. IX.

De filiorum hereditate.

**N**E filios tuos avaritiæ causam facias. Filios habes? eis thesaurum sempiternum thesauriza. Fac omnes filio tuo, ratione pietatis, & beneficentiæ, patres. Necessè enim te quandoque è vita discedere; deinde filium relinques parvum, Magistratùs auxiliò indigentem. - Quem admodum scorpii filium, quicumque aspexerit, timet; nè quando in ætatem veniet, patris venenum imitetur; sic itè ex te descendentes liberos, ut paternæ iniquitatis hæredes futuros, priusquam ad ætatem veniant, omnes suspicabuntur. S. Basilus serm. de avarit.

Quid ad conquirenda terrena, & peritura, distenderis? nihil majus præstare filiis poteris; quàm si hoc bonum per te habeant, quod nunquam penitus amittant. Non necesse est ergo, ut filio tuo terrenos thesauros recondas: nullà re eum facies ditiozem; quàm si ipsum filium tuum thesaurum DEI feceris. Salvianus ad Eccl. Cath. lib. 1.

Dives ille in Evangelio, qui purpurà induebatur, & byssò; absque dubiò, qui locuples in hoc sæculo ipse fuerat, etiam hæredes suos morte ditavit. Sed nequaquam hoc ei proderat, quòd opibus, ac talentis, ejus germani divites incubabant; & ille guttam refrigerii impetrare non poterat. Illi erant in abundantia; sed ille in egestate: illi in gratulatione; sed ille in dolore: illi in divitiis; sed ille in tormentis: illi fortasse jugiter in luxuria; sed ille semper in flamma. Id. ib. lib. 3.

S. Paula pauperes totà urbe curiosissimè perquirens, damnum putabat, si quisquam debilis, & esuriens, cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios; & inter objurgantes propinquos, majorem fe eis hereditatem, Christi misericordiam, dimittere loquebatur. S. Hieronym. in ejus Epitaph. ad Eustochium.

§. X.

De filiorum jactura.

**T**ulis quoque ligna holocausti. & imposuit super Isaac filium suum. Gen. 22. 6. Putas, alius veitrum, ex ipsa historia narratione, tantum constantiæ, tantum animi robur, acquirat: ut, cum fortè amittitur filius morte communi, & omnibus debità, etiam si dilectus; adducat sibi in exemplum Abraham; & magnanimitatem ejus ante oculos ponat. Et quidem à te non exigitur istud animi magnitudinis, ut ipse alliges filium, ipse gladium pares, ipse unicum jugules. Esto sacerdos animæ filii tui. Origenes hom. 8. in Gen.

*Concussit quatuor angulos domus - oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* Job. 1. 19. Cum filium amiseris, filiamve; refuge ad justum illum; solatiumque tibi profusus summum invenies. Tu quidem fortassis unum amittes, vel secundum, vel tertium; ille verò tot natos, natasque. S. Chrysost. t. 1. hom. 5. de pat. Job.

Ggg g 2

Pellems